

ma est Voluntas benefaciendi, i. e. desiderium sibi & aliis procurandi bona, quæ animæ corporis, aut si licet, fortunarum incolumitatem prouehere possunt. *Secunda est prudentia*, i. e. rectus & perspicax intellectus iudicandi, quibus hominibus aut quomodo benefacere, hoc est, bona illa procurare conueniat. *Tertia est placidus voluptatis sensus aut letitia*, ex voluntate benefaciendi & prudentia circumspete adhibita, ad mentes eruditio-

nis veræ capaces, resultans.

MEDITATIO II.

Quid sit pretium & quotuplex.

§. XI.

*Quid Eru-
ditus, quid
pre-
rium
eru-
ditionis sit,
declaratur.* **E**ruditum iam considero tanquam *hominem scientiam* pollentem, qui *animæ sua potentias dirigere nouit* ad acquirendas, possidendas, & augendas in mente sua *perfectiones diuinas*. Talis vero citra dubium comparabit status sui præteriti, præsentis & forte futuri perfectiones, cum sua præsenti conditione, aliorumque animi habitu, qui vel nullis vel equalibus vel maioribus illustrantur virtutibus aut perfectionibus, ut intelligat, quantum in melius profecerit mens sua, perpendens imprimis characteres eruditio-

nis §. 10. positos.

Hanc vero estimationem *pretium* appellabo, illudque in genere definiam, *quod sit instarei estimatio, quantum que-
que res habeat perfectionum, que aliquando usui esse
possint.* Quoniam autem notatio hæc ad *materialia, rationalia & pure spiritualia* generatim applicari potest, igitur in specie *Eruditio*ni *pretium* voco, quod sit *iu-*

sta

la definitio
enfant, po
vado recipi

Quale

al Secundi

beneficiem

num.

ix. Fauetur

in aquillu

fectionib

s. Fauetur

in re

estimation

et poteſt.

enque, el

in suerenti

14. IV.;

IV. 14. 11

Sed qui

estimationen

em ad illud

scorum ri

ta Auctori

*sta aestimatio aut valor perfectionum, quas aliquis sibi
acquisiuit, per legitimam mentis sue dispositionem, vt eas
a DEO reciperet.*

§. XII.

Quale vero aut quotuplex pretium statuendum erit? Secundum perfectionum §. 8. & 9. explicatarum diuersitatem erit illud equidem varium, sed triplex potissimum. Perfectioni pure spirituali & diuinis similimae statuetur pretium pure spirituale, cuius insigne erit tranquillitas animi (a). & libertas conscientiae. (b) Perfectionibus rationalibus, quales sunt scientiae naturales, statuetur pretium rationale, cuius insigne erit, honor, reuerentia & existimatio. Perfectioni materiali statuetur pretium materiale, cuius signum erit nummus, qui omnis aestimationis materialis potestatem continet. Coeterum notari cupimus, nos pretii nomine precise intelligere valorem aut estimationem, quam animo apud nos de re quadam concipimus, non vero signum, quo aestimatio nostra palam fit, utpote quod interdum abesse potest. Quantum autem pretium statui debeat unicuique, elucescat, ubi meditatione sequenti mensuram inuenierimus.

(a) Ioh. XIV, 27. XVI, 22. (b) II. Cor. III, 17. Gal. V, 13. coll. Rom. XIV, 14. 22. 23.

§. XIII.

Sed quis citra errorem iustum istam perfectionum estimationem, quod pretium diximus, definire poterit, cum ad illud scire necessum sit, quantum quisque perfectionum receperit? Sciet illud atque definit rectissime Auctor & Dator perfectionum Deus, quem fugere

Quis pre-
tium defi-
nire possit,
proponitur

non potest quanti dederit. Sciet illud etiam *animus recipiens sensu* interno, modo rebus suis inuigilauerit, neque sibi aduletur, certe *actiones suæ & motus* ad eas huius testes erunt. Sed quis tertius præter datorem Deum & accipientem hominem illud noscet? Res opido difficilis, nec tamen extra vires. Sciet illud aut colligit de altero, qui *eodem tramite perfectiones pares aut maiores* reuera, non opinione tantum, iam sibi acquisuit. Inferior autem aut rerum ignarus, hac in re silentio, iudicandi abstinentia, & imperitiæ confessione, modestiæ laudem feret.

MEDITATIO III.

Quid & qualis sit mensura pretii eruditionis.

§. XIV.

Quid mensura eruditionis notetur, expli-

Vod in Architectonicis regula, in emptionibus ventionibus mensura appellatur, hoc ego in genero definio per legem aut normam, ad quam rei valor aut quantitas exigi debet. Sed speciatim scire optabam quid Eruditionis mensura significet, quæ tanquam res immaterialis, mensura visibili expediri non poterat. Cognoueram Eruditionem esse scientiam recipiendi perfectiones, &c. (vid. §. 7.) Pretium vero eruditionis statui iustum perfectionum aestimationem, mente conceptam, & signo quodam declaratam, (vid. §. 11. & 12.) ex quo collegi deinceps: quod mensura eruditionis nihil aliud notet, quam modum cognoscendi, quantum quisque habeat perfectionum diuinis simillimarum similiorum, aut saltem similium, ut secundum istarum excellen-